



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Collegiis Canonicorvm Per Germaniam, Belgivm,
Galliam, Hispaniam, Italiam, Aliasqve Orbis Christiani
Prouincias, Liber Singvlaris**

Le Mire, Aubert

Coloniae Agrippinae, 1615

Sancti Gvmmari Collegivm Liranum, & alia dioecesis Antuerpiensis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11227

uimus, & sigilli nostri impressione iussimus
insigniri. Signum Domini Henrici IV. Rom.
Imp. inuictissimi Bruno Cancellarius recognouit. Data XI. Calendas Decembris, anno
Dominicæ Incarnationis MC. XXIX. indi-
ctione XI. regnante Henrico IV. Rege Ro-
manorum Imperatore quarto. Actum est
apud Traiectum in Christo feliciter Amen.

C A P V T X C I I .

S A N C T I G U M M A R I C O L L E G I V M
Liranum, & alia diœcesis Antuerpiensis.

PRæter Cathedrale Collegium Marianum
Antuerpiense, sunt insuper in ea diœcesi
Collegia quinque *Liranum, Bredanum, Bergen-*
se ad Zomam, Turnhautanum & Hochstratanum.

Liranum collegium exordia sua debet s.
Gummaro, qui gloriofa stirpe exortus est in Re-
nenſi prouincia, quæ Brabantiae territorio
comprehensa, nunc *Riensis* dicitur, vulgari
sermone ac vernaculo, *het land van Rijen*. In
ea natale solum habuit *Emblehem*, qui locus
horæ spacio à *Lira* oppido distat. Erat lenis
in sermone, constans in bono opere, humili-
tate submissus, pietate profusus, ieconijs & vi-
gilijs castigans carnem, eleemosynarum lar-
gitor, in aula Pipini Regis magnificè acceptus.
Habuit *Grimuariam* vxorem sibi molestissi-
mam, quam patientia & prudentia vincere
laborauit. Cum ad limina Apostolorum ten-
deret,

deret, diuina admonitione intra Netæ ambitum iubetur oratorium construere; vbi vitam in multa sanctitate finiuit. In messe siti defici-
entibus, baculo terram fodit, & erupit fons largissimæ aquæ, qui adhuc visitur in *Emble- hem*. Alijsque multis miraculis claruit in vita,
& post mortem. Quiescit Liræ, quod est opidum Brabantiæ, diœcesis Antuerpiensis, vbi collegiatam habet Ecclesiam, quæ in historia Monasterium nominatur. Ad hoc monasterium venerunt Normanni, euersa Malina seu Machlinia, ignemque iniecerunt; Sed *S. Gummarus* è cœlis suis meritis contra eos pugnans, ignem extinxit,

Itaque collegium Liranum initia sua debet *Sancto Gummaro*, viro diuini ac nobili quod his verbis disertè testatur Chronographus Cameracensis: Non procul Machlinis est monasterium Canonicorum, quod ex proprijs prædijs vir Dei Gummarus illustris laicus, struxit, ibique sepultus diem resurrectionis expectat.

Auxit foundationem postea, & Canonicos instituit *Carolus Magnus* Imperator.

SANCTAE MARIAE COLLEGIVM
Bredanum, in Campania Brabantia.

BREDA illustre est Brabantia opidum in Meditullio Campiniæ seu Campaniæ, ferè sitū ad gentē Nassouiā spectas. Illius opidi templū *B. Mariæ* sacrum nonnisi parochiale olim